



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 27. An appellatio & quærela vigintiduumviraes possunt
concurrere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

Respondeo, jurisdictionem vigintiduumviralem non concernere. Pax enim hæc aut constitutio statutaria casum extra territorium contingentem non aspicit, *Gail. lib. 2. obs. 124. num. 9.* & ita fuisse judicatum multis ab hinc retro annis probè memini.

QUESTIO XXVII.

An appellatio & quærela vigintiduumvitalis possint concurrere.

SUMMARIUM.

- 1. Appellatio & quærela proponi possunt coram diversis.
- 2. Non appellans potest recurrere ad vigintiduum viros.

Respondeatur posse, Licet enim gravaminis reparationem quærere appellatio- nis ope, & quærelam apud syndicatores, quibus non ineptè quoad minus tamen vigintiduumviri possunt comparari, proponere, *Paris. de puto de judi- catio. Innocent. cap. scope in fine de appell. quod & ego in remedio appellationis con- servatorie alio in loco ostendi. Imo & qui non appellavit, potest vigintiduumvirale tribunal implorare, Paris. de judicatu verb. an stante num. 6. fol. 352. Innoc. cap. sacro de sent. excom.*

QUESTIO XXVIII.

Indices vigintiduumvirali sententia condemnati, an infamiam incurrant.

SUMMARIUM.

- 1. Infames sunt qui ob sordidam sen- tentiam demandantur. non est.
- 2. Culpa lata condemnatus infamis
- 3. Culpa non lata qui est, non est mala fidei.

Respondeatur quod sic, si ob sordes aut infami dolose causa sint condem- nati, *S. suspectus inst. de suspect. suor. Alciatus l. magna negligentia ff. de verb. sig. l.*